

Sunt, pro presentis difficultatis ab solutione.
Nam si consideremus continuam ministrorum
in his Indiarum partibus in administradis Sa-
cramentis occupationem: quis non videt pas-
sim innumeris illaqueari peccatis Simonia-
cos cum qui absolutionem a censuris, & dispesa-
tionem ab irregularitate ab alio non posset ob-
tinere, quam a Summo Pontifice, vel eius Nur-
tio? Quare dicendum est, quod Superiores Pre-
lati ordinum Mendicantium possunt absolue-
re suos subditos, verē, & realiter Simonia-
cos, & maximē deputatos Infidelium conuer-
sionē, & Neophitorum manutentionē, & illo-
rum instructionē, ab Excommunicatione, &
Suspensione, quae incurritur ratione Simo-
nię in Ordinis vel Beneficij susceptione, &
dispensare in irregularitate contracta, ratio-
ne executionis ordinis in praedicta Excom-
municatione. Et confirmatur ex Bulla iam co-
memorata Adriani. 6. qui de plenitudine po-
testatis Apostolicæ concessit ut Praelati Fra-
trum ordinum Mendicantium, & alij quibus
ipſi de Fratribus suis indicatis Indiis commo-
rantiibus, duxerint committendum tam quo
ad Fratres suos, & alios cuiuscumq; Ordinis q
fuerint ad conversionis opus deputati, ac super-